

suspensionem videlicet ad contumaciam imponitur, non autem de illa, quae pura est poena, vt contingit in casu nostre, & similibus; quando scilicet imponitur ob delictum praeteritum, & ad certum tempus: tunc enim communissima sententia est soli Pontifici referuari, quia est genus quoddam dispensationis imponenti reuertat. Pontifex enim Ius viuum est, & si dispensari ab Episcopo posset vntente dispensatione erga seipsum, inutilis prorsus esset, vt nuper argumentabamur: vnde in suspensione ab eodem incurſa id videtur certissimum, quod etiam de aliis communissima, vt dixi, sententia tradit: pro qua videri potest P. Suarius Disput. 29. Sect. 1. num. 16. Cardin. Tolerus Lib. 1. Cap. 46. num. 2. P. Gaspar Hurtadus Disput. 12. de Censuris, numer. 32. P. Martinon Tomo 5. Disput. 60. Bassæus citato num. 4. & idem supponit Diana citat. Resolut. 23. & ab eodem adducti Doctores, dum de suspensione tantum, quae est Censura, loquuntur, vt quamplures alios omittam. Quod adeo verum putat P. Suarius ex fundamento Glossæ, quia scilicet suspensiones contemnerentur, nec delicta possent pro dignitate puniri, vt sic addat: Quam adeo efficacem esse censeo, vt neque ipsi Pontificem neque ipsum summum Pontificem, seu Auctores Canonis, debere facile à tali suspensione absolueri: neque id licite facere posse absque rationabili causa; sicut dicitur de dispensatione in suis legibus, quia eadem est vtriusque ratio, & quia ad bonum commune id maxime expedit. Sic ille. Cuius grauissimæ sententiæ vis in multis suspensionibus euidenter infringitur, quales esse solent illæ, de quibus agimus, & in quibus idem Pater dispensationem admittit per generalem doctrinam nuper adductam. Si enim suspensio Censura fit, absolui ab ea potest, qui illam incurrit, ab electo ad illud: si poena, dispensari, vt ibidem asserit. Addendum tamen ad dispensationem dictam debere sufficientem causam iudicari eam, quæ Pontificem mouet ad concedendam Bullam Cruciatæ: cuius facultas maior est facultate Episcopali: vnde absolui à Confessario potest, etiam in foro exteriori, vt ex P. Henriquez docet Diana Tractat. 10. citato, Resolut. 53. licet alij secus iudicent. Est ergo multiplex Episcopis eâ in afflictione refugium, sicut & Inquisitoribus.

Neque ipsi Pontificem neque ipsum summum Pontificem, seu Auctores Canonis, debere facile à tali suspensione absolueri: neque id licite facere posse absque rationabili causa; sicut dicitur de dispensatione in suis legibus, quia eadem est vtriusque ratio, & quia ad bonum commune id maxime expedit. Sic ille. Cuius grauissimæ sententiæ vis in multis suspensionibus euidenter infringitur, quales esse solent illæ, de quibus agimus, & in quibus idem Pater dispensationem admittit per generalem doctrinam nuper adductam.

P. Suarez. Quia sufficientis causa dispensationis circa illam.

CAPVT III.

Inquisitores Indicos qualiter peccare possit accidere, causarum expeditione protracta, etiam vbi ciuilitur agitur.

Difficultas videtur esse communis, sed ad Indicos Inquisitores eatenus applicatur, quod illo maiorem videantur habere licentiam, quia non est, à quo ad eelerem causarum possint conclusionem vrgeri, vnde circa hoc non raræ esse querelæ solent, & alij in alios morarum soliti reicere rationes, quas non debemus secretissimi fori in seij passim culpabiles reputare. Quia verò homines sunt, & in officio suo grauitur posse delinquere, Sedes Apostolica & Concilium generale iudicauerunt, vt ex

Quid circa factam in Indici.

Clementinis. compertum habetur, de quibus in Capitibus precedentibus, addemus hic aliqua, quibus eorum sollicitudo, quam eximiam arbitror, acuat. Et ita

Dico primò. Quæuis mora non necessaria, ex quâ is, de cuius delicto agitur, graue detrimentum sustinet, lethalis est in iudicijs, de quibus agimus. Ratio est clara. Quia in eo iniustitia est manifesta, causæ enim S. Officij, cum iuxta iuris peculiaris regulas, subsidio iuris communis, & diuini ac naturalis, transigi debeant, suos habent terminos, quos ultra citraque nequit consistere rectum Tribunalis sancti iudicium, in quo debent summæ æquitatis exemplaria resplendere. Vnde Instructio Hispalensis Anno 1494. sic statuit: Item acordaron y ordenaron, que los que fueren presos por este delito, que no sean fatigados en las carceles en la dilacion del tiempo: que luego se haga el proceso con ellos, porque no aya lugar de quejarse. Y no se detengan à causa de no auer entera probanza; pues que es causa, que quando sobreniene probanza, se puede de nuevo agitar, no obstante la sentencia que fuere dada. Sic Instructio. Quæ licet sic appelletur, statuta continet fundamentalia pro regimine S. Tribunalis: ad hoc enim viri doctissimi Hispalim conuocari, sic curantibus Catholicis Regibus Ferdinando & Isabellâ, & præidentibus Illustrissim. Dom. D. Petro Gonzalez de Mendoza Archiepiscopo Hispalensi, & Reuerend. P. Fr. Thoma de Torquemada, primo Generali in Hispaniâ Inquisitore. Pro quo Paramus de Origine S. Officij, Titulo 2. Cap. 2. numer. 26. ex quo P. Fragolus Tomo 2. Pag. 513. num. 46.

Assertio 1. grauius peccari re tardatione, ubi fraudem est notabile.

Instructio Hispalensis.

Quam habeat vim.

Dico secundò. Si quis fuerit in carceribus plus iusto detentus, poena ei debet, sub reatu grauis culpæ, in sententiâ diffinitiuâ, proportionate seruata, remitti. Id videtur ex se satis verissimile; & est iuxta certissima Iuris vtriusque principia, iuxta quæ habetur, quod poena est commensuranda delicto, ex adductis à Mario Antonino Lib. 3. variar. Resolut. 39. num. 36. & Resolut. 45. numer. 14. & à Cesare Carena Parte 3. Titulo 13. num. 93. Atqui si post poenam carceris non debitam integra infligatur poena, non seruatur commensuratio: ergo graue est in eo peccatum. Quod quidem in sancto hoc Tribunali specialiter locum habere debet, misericordiâ & clementiâ semper vti solito, iuxta notata à Simancas de Catholicis Institut. Titulo 47. num. 79. & seqq. & tradita à Carena suprâ Titulo 3. num. 39. vbi illud: Y su causa serà despachada con toda la breuedad y misericordia, que vbiere lugar. Sic statuta. Ex quo, principio firmatur sententia illa, quam cum Soula, & P. Palao tenet Diana Parte 4. Titulo 7. Resolut. 35. iuxta quam condemnatus propter hæresim, aut illius suspicionem, poena arbitraria ob defectum probationis, si plena probatio superueniat & poena adimpleta sit, compensatur in secundâ, vt non debeat esse ordinaria, nisi sit capitalis, sed detrahendum ex illâ quantum prior alia importat, ne scilicet poena sit delicto improporionata, & quod ante sententiam passus reus supra delicti meritum, in partem satisfactionis non accipiat. Immo circa poenam capitalem multoties Inquisitorum arbitrio locum esse, probant ea quæ citatus Carena habet Pag. 392. §. 69.

Assertio 2. Minuenda poenam iuxta carcerationis dilationem.

S. Tribunalis propria clementia.

Statutum pro illa.

Notanda sententia pro Assertionis probatione.

Dico tertio. Si ex occupationibus eius, qui

Assertio 3.

quid loco Ordinarij assistit, aut Consultorum, inexcusabilibus, & passim occurrentibus, retardatio expeditionis proueniat, id debet ita moderari Tribunal, vt alia forma in habendis consultationibus sumatur, ad quod est grauis in conscientia obligatio. E. g. Aliqui ex illis in Tribunali S. Cruciatæ binis diebus per hebdomadas singulas assistunt, per quod fit, vt assistere in Tribunali S. Officij nequeant, & ita causas ad illud spectantes nimium quantum prorogari. Curandum ergo vt diebus alijs labor consultationis accrescat, vel quod deputentur alij minus occupati. Quod quidem satis compertum apparet & consideratione dignissimum, vt à supremo Inquisitionis Prædite, pro suo zelo & potestate amplissima circa illud debeat prouideri. Audiui Dominum Inquisitorem super hoc dolentem, & miserorum in carceribus iam diu latitantium angustias miserantem, & se, licet Tribunalis moderatorem, eam prorogata plus quam deberet penalitatis excusationem adhibentem, cum nonnullis alijs, quæ ob infirmitates iudicium sacrorum occurrunt, & quæ generis huius sunt, cum euitari nequeant, si cum alijs stabilibus, & ferè quotidianis concurrant, causas facient perennare. Nuper causa extitit personæ cuiusdam sacre ferè per sexennium agitata, cum reclusionem illius, licet domesticâ. Cuius licet felix fuerit exitus, dolendum tamen eum, qui per sententiam ab instantia est absolutus, probrosâ adeo & prolixâ fuisse reclusionis poenâ vexatum. Quod quidem ad has debet morarum causas referri. Si autem ex parte aliquorum alia minus iustificata subit, leuis certè esse non potest, vbi adeo graue reis detrimentum infertur. Et quod ad ægritudines attinet, si illæ vitalitæ sunt, ex quibus creberrima accidit interruptio negotiorum, quis non videat huic occurrendum incommodo, & talibus honore officij & salario referuatis, concedendam vacationem, designatis alijs, qui possint onus tantum sustinere. Pro quo Carena Parte 1. Titulo 5. numer. 107. & P. Palao Tomo 1. Tractat. 4. Disput. 8. Puncto 13. §. 2. num. 21.

Assertio 4. circa ciuiles causas etiam grauius peccari.

Dico quartò. Circa ciuiles causas etiam peccari grauitur potest, dum illarum expeditio sine legitimo titulo retardatur. Ratio in promptu est, quia ex retardatione grauius detrimenta intereffatis, vt vulgò dicitur, importantur. Vnde & frequentes oriuntur querelæ, in quibus & Inquisitores ipsi aliquando conueniunt, sed alijs, non sibi, retardationis causas tribuentes. Mirabile sane est ad tradendum flammis hominem de Iudaismo conuictum, vnum vel alterum annum post carcerationem sufficere; & ad reddendam dotam vxori multò plures non esse sufficientes, & sic de alijs, quibus bona debent sine excussione confiscata restitui. Quod quidem in eos refundi solet, qui rationibus & computationibus adferuntur. Sed certè vrgendi illi, & pro necessitate causarum multiplicandi, non parcendo moderatis sumptibus, cum illi ad interessatos spectent, qui damnum inde proueniens breuitatis beneficio compensabunt. Videatur Bonacina Tomo 2. Disput. 20. Quæst. 2. Puncto 3. num. 4. vbi ex Syluestro, Sayro, Nauarro, & alijs ita scribit: Index venietur causas iudicare, & celeriter expedire. L. Prope-randum. C. de iudicijs. Ratio est, quia iudici ex officio

Iudicem mortaliter peccare cum onere restitutionis.

cura & onus incumbit iudicandi, & tribuendi cuique suum, non tribuendi autem cuique suum, dum sententiam sine iusta causa differit. Quamobrem index mortaliter peccat contra proprium officium causarum expeditionem notabiliter differendo: immò tenetur parri lesæ damna & expensas, quarum causa est, restituere; quia causa iniusta damni ad illius restitutionem obligatur. Sic ille: cuius resolutionem eisdem ferè verbis proponit Eligius Bassæus verb. Index n. 11. & est apud alios communis.

causas præ-trahendo.

Bonacina.

CAPVT IV.

De nonnullis alijs Inquisitorum Indicorum obligationibus in conscientia foro.

Dico primò. Inquisitores Indici peccare grauitur possunt reorum custodiam hominibus committentes, qui perspectæ fidei non sint. Cum enim ad Indias diuersi homines conuolent, non est obuium moribus integros inuenire; vnde examine opus est nec breui, nec leui, vt ei officio fiat satis, & id impleri absolute possit, quod Clemens V. in priori de Hæreticis Clementinâ requirit, §. Sanè, vbi sic ait: Quia circa custodiam carcerum hæreticalium multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes super hoc prouidere, statimus vt quilibet talis carcer duos Custodes habeat principales, discretos, industrios, & fideles, &c. Et fraudes similes etiam in Indijs perpetratae sunt, vt merito debeat circa hoc DD. Inquisitorum prouidentia indefessè vigilare.

Assertio 1. de obligatione circa custodes reorum.

Dico secundò. Peccari etiam non leuiter potest, si carcerati permittantur liberius inter se agere. Circa quod quia non accurate prouidendum, grauissima sunt damna subsecuta annis non pridem elapsis: sic enim pestilentes homines ex Iudeorum fæce concilium fecerunt in vnum pendendi multos, & falsa sunt testimonia meditari, quibus & vti: vnde & horrenda confusio quamplurium depositionibus retractatis. Damnum autem huiusmodi cum præuidisset Vennense Concilium, sic in citatâ Clementinâ, §. Porro, disposuit: & quod alicui incarcerationi nihil vnus in secreto loquatur, quin hoc audiat alter Custos. Sic iurare illos iubet: si ergo Custos vnus incarcerationum neminem alloqui iuste potest; neque etiam poterunt incarcerationi ipsi sine testibus inter se miscere colloquia; in quo maius constat periculum inueniri. Neque enim credendum est ad hoc se Concilij prouidentiam non extendisse, cuius ore Ecclesia loquebatur, cum illa eiusdem vox sit in Concilio Lugdunensi: Vbi periculum maius intenditur, ibi proculdubio est plenius consulendum. Sic Cap. 3. de Electione in 6. Circa prædictam autem Constitutionem sic scribit Glossa: Nec sumitur tam amarè hoc verbum, quin aliter Custos in absentia alterius, capriuum alloqui possit de non secretis ipsis incarcerationis. Sic illa: quibus addi potest, etiam de secretis alloqui posse, quæ ad eorum causam non spectant, neque facere aut officere possunt, vt de obitu aliquorum, de bonis nuntijs circa res Christianas, & similibus. Et quidem

Assertio 2. ne in carceratis liberè intersentiant.

Clem. II. de hæreticis.

Cap. 3. de Elect. in 6.

Glossa Clement.

quod de allocatione sine custodia presentia in
 titato Capite disponitur, tunc procedit; cum carcer
 Episcopo est & Inquisitori communis; & uter-
 que suum habet a se custodem designatum: unde
 cum carcer non est communis, non videtur esse
 obligatio duos designandi. Immo neque certum
 est, etiam cum carcer est communis, duos debere
 designari, ex iis, quæ assert Gloſſa s. *Sane*, etiam
 v. *Duos*. Constitutionem inquam duos designan-
 dos stattere, nisi de uno Episcopus & Inquisitor con-
 cordaverint: in casu enim discordia manasse videtur hæc
 provisio. Pro quo adducitur Cap. *Cum speciali*, de
 Apellationibus, in quo tamen pro casu presentis
 nihil ex quo possit talis sententia fundari, quæ
 non improbabilis; minus tamen verosimilis est;
 unde Gloſſa ipsa duos necessario designandos
 probat. Sed in casu loquitur, de quo & Clemen-
 tina, licet probatio plus intendere videatur. Ad
 tollendos autem scrupulos, eiusdem Gloſſæ do-
 ctrina lucenrit circa citatum s. *Porro*, verb. *Pro*
dicto crimine. ubi sic ait: *De incarcerandis etiam pro*
alijs criminibus non iurant Inquisitori. Sic Gloſſa
 verbis præfatis innixa. Dispositio ergo Clemen-
 tinæ de incarceratis pro crimine hæretis procedit,
 & de iis, quæ hæreticæ pravitatis nomine cõpre-
 henduntur; non sic de alijs; licet quod ad qualita-
 tates custodum spectat, generaliter debeat obser-
 vari, vt scilicet tales sint; quales Pontifex deli-
 neavit.

Notanda
 eiusdem
 sententia.

Et quid
 pro tollen-
 dis scrupu-
 lis oportet
 numerum.

Aſſert. 5.
 Qualifica-
 tores in In-
 dicijs quali-
 ter eligendi.
 Et quod ti-
 tulus iste
 non videat-
 ur inepis
 pro exerci-
 tio confe-
 rendis.

Qualis ſuf-
 ficientia in
 illis requi-
 ratur.

letana 1. *Ann. 1561.* in qua post alia sic habetur: *Instructio
 Debeſe conſultar con Theologos de litteras, y concientia,
 en quien concurran las calidades; que para esto se re-
 quieren.* Sic ibi.

29. Facit etiam pro eodem, quod licet Qua-
 lificatores non sint iudices absolute loquendo,
 virtualiter tamen tales sint; quia ab eorum non
 est assertionibus recedendum, & iuxta eas est iu-
 dicandum, sicut tradit Ioannes Rojas de hæreticis,
 Parte 1. num. 334. sic locutus: *Uſu & conſuetudine
 iam diu recepta; indistincte & absolute cuiusvis propoſi-
 tionis declaratio ad Theologos spectat; & attinet; &
 ab eorum assertionibus in causis fidel. iudicandis minime
 est recedendum; vt per prudentissimos Conſiliarios ſu-
 premi Conſilij generalis Inquisitionis plenius decretum
 est.* Sic ille. Cum ergo iudices virtualiter sint,
 circa id quod indicant instructissimos esse oportet
 & competenti doctrinâ præditos, sicut de iu-
 dicibus communis scribentium consensus firmat,
 vt videri potest apud Bonacinam Tomo 2. *Disput.*
10. Quæst. 2. Puncto 3. num. 1. ubi citatis multis
 statuit in hunc modum: *In iudice necessaria est
 scientia, quâ recte ſciat suo munere ſungi. Ita commu-
 niter Doctores. Ratio est. Quia quilibet ſcire tenetur,
 quæ pertinent ad proprium officium, sine quorum cogni-
 tione ſuum munus & officium exercere non poteſt.
 Quamobrem Inſtit. de Obligacionibus, quæ ex quaſi de-
 licto naſcuntur, obligatur iudex ex imperitiâ male iudi-
 candi ad intereſſe parti læſe, & ad expenſas litis. Ad
 huiusmodi iudicem non debere absolui, niſi factâ officij re-
 nuntiatione, aut niſi firmum habeat propositum renun-
 tiandi.* Ita s. *Thomas 2. 2. quæſt. 76. art. 2. Caietanus,*
etc. Et pro Inquisitoribus id specialiter tradunt,
 qui de iis agunt; vt videri potest apud Carenam
 Parte 1. Titulo 5. num. 20. unde est notanda do-
 ctrina, quam ex Pegnâ, Rojas, & Farinacio pro-
 ponit idem Titulo 8. num. 57. dicentibus Conſul-
 torum conſilia, si mala sint, non excusare Inqui-
 ſitorem a culpa. Ex eo utique, quia iudex est, &
 non debet cæcorum more ab alijs manu ducti.
 Ex quibus fatis apparet quid debeat de Quali-
 ficatorum peritiâ cenſeri, cum sint iudices virtua-
 les: pro quo etiam videri potest Diana Parte 4.
Traſat. 8. Reſolut. 84. & 106.

Instructio
 Toleſana.

Roboratur
 ex eo quod
 ſit aliquid
 modo iudi-
 ces, quia ab
 eorum non
 est assertio-
 nibus reco-
 dendum.

Ioan. Rojas

Qualis in
 iudice ſci-
 tia necessa-
 ria.

Bonacina.

Notanda
 ſententia
 circa Com-
 ſultores.

Aſſert. 4.
 In contra-
 ctibus debet
 re pretium
 communi
 ſeruare.

Fiscus con-
 trahens le-
 gibus liga-
 tur pro con-
 tractu la-
 ti.

paterentur emptores, qui eas pretio non con-
 uento recepiſſent: ex quo ſit ſimiliter eſſe con-
 trario in euentu dicendum. Sed de hoc iterum
 num. 39. & 40.

31. Dico quinto. Si in huiusmodi emptio-
 nibus aliquis ex parte vendentium interueniat
 exceſſus; circa quem oporteat correptione uti,
 grauius peccare Inquisitores poſſunt, ſi tales
 ad Tribunal iubeant adduci more eorum, qui
 ob cauſas ad illud cum infamiæ notâ ſpectantes
 adducuntur. Poſſunt quidem Inquisitores puni-
 re illos, qui factis aut verbis iniuriam ipsis irro-
 garunt, vt citatis alijs firmat Diana *Traſt. 4. cita-
 to Reſolut. 91.* & P. Fragoſus Tomo 2. pag. 531.
 num. 9. Sed eorum poenâ iuxta delicti ſunt mo-
 derandæ qualitates; & poenâ non leuis pars ad-
 uocatio eſt ad Tribunal, ex cuius modo nota ſol-
 let non leuis incurri, vt experientiâ eſt notum.

Aſſertio 5.
 Exceſſus
 vendentium
 non eſſe
 more alio-
 rum puni-
 endos.

Ad Tribu-
 nal qui-
 nam ex leui
 cauſa non
 trahendi.

Excusatio-
 nes debere
 admitti
 iniuriarum;
 præſertim
 ex eo quod
 cauſa illis
 data à
 Miniſtris.

D. Hiero-
 nymus.

Et pater-
 num eius
 futurum
 procedendi
 modum.

Deciſio
 Granaten-
 ſis Tribu-
 nalis.

odium ſeu contemptum Tribunalis mitius eſſe
 iudicandam; & tales ſunt quæ frequentius acci-
 dunt. Pro quo P. Fragoſus *ſupra*.

32. Dico ſexto. Inquisitores Indici, ſi ſciant
 etiam extraiudicialiter Scriptura aliquod perni-
 cioſum circumferri, culus materia ad S. Tribu-
 nal ſpectet, qualia ſolent multa ex Europâ deferri,
 tenentur ex officio illud prohibere. Dixi ſi
 ſciant; quia non ex notitia qualiter moneri de-
 bent ad edictum publicandum, ſed ex certo furti-
 damento. Quia verò ubi rumor aliquis extitit,
 nec vanus, nec leuis, præcaueri extraiudicialiter
 poteſt ne damnum ſerpat, quod cautione non
 adhibita difficile poterit reparari, ad diligencias
 accommodatas tenentur. *Fidei enim muros intan-
 tur; eiusdemque fidei indagatores & exploratores ſunt;*
 vt ſcribit Petrus Gregorius *Lib. 47. Syntagm. In-
 quis. Cap. 36 num. 6.* Qui autem tutantur muros,
 non debent hoſtium ingreſſum permittere, & in-
 greſſos expellere; ſed ne ingrediantur omnimodis
 impedire. Sic enim ſcriptum à Seneca.
Seneca.
*Quomodo ad id ſtudiendum ſaris valeo,
 ad quod prohibendum parum valui? Cui ſacilius ſit
 excludere, quam admiſſa comprimere.* Sic ille.

Aſſertio 6.
 Scripta
 perniciosa
 debere
 prohiberi.

Inquisitores
 quales ſi-
 curia ſunt-
 ri.

Seneca.

Aſſertio 7.
 Superi-
 oribus
 conſiliariis
 obligatio.

Clement. 1.
 de hære-
 ticis.

33. Dico ſeptimo. Præſati Domini graui o-
 bligatione tenentur circa Commiſſariorum a-
 gendi modum vigilare, de quorum qualitatibus
 videndus P. Fragoſus Tomo 2. pag. 519. s. 71.
 ubi cum alijs, quos citat, eaſdem aut debere eſſe,
 quæ pro Inquisitoribus exiguntur. Solent enim
 graues exceſſus in ſu. muneris adminiſtratione
 committere, unde Tribunal ſanctum odioſum
 redditur; cum omnino curandum ſit vt Fideles
 non ſolum veneratione illud, ſed & amore proſe-
 quantur. Hæc de cauſâ Clement. 1. de hære-
 ticis prodiit, vt ex illius conſtat exordio, dum ſic
 ibi: *Multorum querela Sedis Apoſtolicæ pulſauit audi-
 tum, quod nonnulli Inquiſitores per Sedem eandem
 contra prauitatem hereticam deputati, metas ſibi tra-
 ditæ excedentes, ſic interdum extendunt ſuæ poteſta-
 tis officium, vt quod in augmentum fidei per circumſpe-
 ctam eiſdem Sedis vigilantiam ſalubriter eſt promiſſum,
 dum ſub pietatis ſpecie grauantur innoxij, cedat in ſide-
 lium detrimentum.* Sic cum Concilio generali
 Pontifex. Quod equidem non tam ad Inquiſi-
 tores, quam ad illorum Commiſſarios referen-
 dum, qui metas excedere ſoliti, vt non dubita-
 uerit Dom. Villaroël aſſerere Commiſſarios a-
 liquos reſpirationem ipſam; nobis *El reſollar*, ne-
 gotium Inquiſitionis eſſe velle. Quæ exagge-
 ratio pro multorum indole declarandâ deſeruit.
 Et tales amouendi proſectò ſunt; nihil enim ma-
 gis Apoſtolicæ Sedis menti contrarium: vel ſi
 ſpes emendationis ſit, ſeuertius admonendi, cum
 laſorum ſatisfactione: laſa enim iuſtitia ſatisfa-
 ctione eſt congruâ reparandâ, ex iuris diuini ir-
 fragili præſcripto, quod in omni debet tribunali
 Deo militante ſeruari. *Diligite iuſtitiam qui iudica-
 tis terram.* Vox eſt Iudicis omnium iudicantium.
 Sap. 1. v. 1. & illa Sapientie Librum auſpicatur,
 vt iuſtitiam ad ſupremos iudices præ alijs omni-
 bus doceat pertinere.